opilatiua inter Purgatiua et Attractiua cenſenda ſunt. Atq; hunc in modum huic libello de Specificis finem imponimus, quæ omnibus cum neceſſarijs ſufficienter annotauimus et declarauimus, vt obliuioni præueniatur. Porrò Confortãtia in ſingulis capitulis commemorata ſunt.

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARACELSI MAGNI.

LIBER SEPTIMVS.

De Elixirijs.

THEORIA.

QVEMadmodum autem de alijs, ſuperioribus in libris locuti ſumus, medicinis, ita nunc animus eſt De Elixirijs conceptum noſtrum in hunc libellum referre. Neq; id iniuria aut inconſultò: Quippe cùm inſignem conſeruandi vim atq; potentiam in Elixirijs videamus, q̃ nos vſq; adeò incitat, impellitq;, vt nũquam de his meditari, et hæc perſcrutari, vlla admiſſa quiete, deſiſtamus.

Virtus Elixiriorum.